put possibilitas sinit simili studio largiente diuina gratia complere decerno. Fiat dni uoluntas ut ad uram utilitatem iuxta bone uoluntatis appetitū hoc pficiatur quatinus inde do gratię referantur. Cuius dono serui suis quicquid boni habent confertur quia iuxta iacobi sententiā omne datū optimum et omne donū pfectū de sursum est. descendens a patre luminum Apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. quia ipse omnia quecumque uult facit in caelo et in terra In mare et in omnibus abyssis et non est qui possit resistere uoluntati eius. bene placitū est dño sup timentes eum et in eis qui sperant in misericordia eius. Aestimandū tam uobis ē qd iuxta illud capitulare qd uram epistolam sequebatur non p omnia conscriptionis ordinem servaūi *). quia nec codex nr in quo ipse lectiones de diuinis scripturis collecte sunt huiuc teaore habet. nec etiam In praedicto capitulare nro continuati in p omnia lectiones epistolarū atq ~~lectionum~~ euangeliorũ positas repperi, Idcirco iuxta ritū ecclesiae nrae et morem officii quē ibi celebramus. in plerisque locis textū huius operis cōmutaui; Omisi etiā In quibusdā scorũ festiuitatibus In capitulare seriem lectionum et euangeliorum. numerare quia ppe finē huius operis de scorum festiuitatibus

*) sic.